



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 61. Scotiæ Regina bonorum Ecclesiasticorum partem sibi vendicans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. LXI.

*Scotiæ Regina sibi quamdam Eccle-
siasticorum proventuum partem
vendicans.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Ceterum indies magis adhuc turbatæ erant Scotiæ Regni res, eoquod Maria Regina ibidem parum auctoritate valeret, ac insuper variæ essent factiones, quibus Regnum misere scindebatur: hæc enim Regina utpote adolescens in Franciæ aula educata luxui, ac immoderatis sumptibus assueverat, cum autem ex Regio ærario, quod aliunde sat tenuè, atque ex suorum Prædecessorum socordia pene exhaustum erat, eidem exiguæ suppeterent facultates, hinc eidem e proventibus Ecclesiasticis tertia pars adjudicabatur, ut exinde ad Regios usus expensæ fieri possent, necnon Protestantium Ministri alerentur. Verum id omnibus displicebat, nam Sacerdotes præprimis tantopere imminutos redditus suos querebantur, Ministelli vero hac liberalitate plurimum adjuti videbantur.

Thuan. l. 29.
num. 2.

§. LXII.

Triginta novem articuli Synodi Londini celebratæ.

Annus fluebat post Christum natum millesimus quingentesimus sexagesimus

Thuan. l. c.
Cambden
annal. Angl.

Y y 3

mus